

LECTIO 3.

Hic exinanivit semetipsum excelsum et immensus, mensuram bonam, et confertam, et coagitatam mittens in sinum vestrum. Hic divinis manibus unctus oleo lætitiæ, et sicut altare in signum pontificii consecratus, de altari hoc ad altare crucis ascendens, proprio errore tanquam alterius generis oleo perfusus, jam non consecratus, sed consecrans, totum corpus machine mundialis largiore liquamine consecravit. Fatiscat ergo mœror, tristitia fugat, eliminetur dolor, rancor abscedat, ut liceat vacare et videre cum Moyse visionem hanc grandem, qualiter Deus in hoc ventre concipiatur, decipiatur diabolus, recipiatur perditum, indebitum accipiatur. Tu. *¶*

Ad laudes preces.

Oratio.

Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut ejus prævenimus solemnitatem, Sanctissimi Filii tui Mater et devotionem nobis auget et salutem. Per eundem Dominum.

CANON.

Ex Concilio Enhamensi.
Ann. 1009. can. 13.—Concil. 21. p. 246.

417. Sanctæ MARLE summum Festum omnes cautius honorant: primum jejunio, et deinceps celebritate. Tu.

FESTA NOVEMBRIS.

DIE I. NOVEM.

SOLEMNITAS

ORNIUM FESTIVITATUM B. M. V.

Dupl. 1. Class. cum Octav.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Tota pulchra es, MARIA, et macula originalis non est in te. Psalm. de Solemnitatib.

2. Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo.

3. O MARIA! Nomen tuum semper in desiderio animæ meæ.

4. Ducam eam in solitudinem templi, et loquar ad cor ejus.

5. Dilectus meus mihi, et ego illi: inter ubera mea commorabitur.

CAPITULUM. *Apoc. 12. 1.*
Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

¶ Gaudemus omnes in Domino, Recollectionem omnium Festivitatum Beatissimæ Virginis MARLE celebrantes, * De cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *¶* Laudate Dominam nostram omnes gentes: glorificate eam omnes populi.—De cujus.—Gloria.—Gaudemus. *Infra octav. non dicit. in Vesp.*

HYMNUS 114. *Parnas. Virgin.*
Ave ejus Conceptio,
Solemi plena gaudio,
Cælestia, terrestria
Novâ replet lætitiâ.

Ave ejus Nativitas
Nostra fuit solemnitas,
Et lucifer, lux oriens
Verum solem præveniens.

Ave pia humilitas,
Sine viro fecunditas,
Cujus Annuntiatio
Nostra fuit redemptio.

Ave vera virginitas,
Immaculata castitas,
Cujus Purificatio
Nostra fuit purgatio.

Ave præclara omnibus
Angelicus virtutibus,
Cujus fuit Assumptio
Nostra glorificatio.

Ave ejus festivitas
Perennis celo colitur,
Cujusque festa omnia

Terris hodiè recolimus.

Doxologia de Tempore.

¶ Festivitas festivalem est hodiè Sanctæ MARLE Virginis.

¶ Cujus vita inclyat cunctas illustrat ecclesias.

Ad Magnific. ant. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsalam viro, cui nomen erat JOSEPH, et nomen Virginis MARIA.

Orat. de Laudib. Cbplet de Dom.

AD MATUTIN.

Invitator. Solemnitatem omnium Festivitatum Beatæ MARLE Virginis celebrantes: * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

HYMNUS 115. *Parv. Virginal.*
Gaude redempta, plebsque cælicola,

Festa MARLE jubila
Voce, mente tripudia,
Cantica psalle.

Nube depulsâ Angelus
Nuntiat ortum auroræ,
Lucifer splendet,

Genitrix exurgit datura solem.

Ad quam desuper per Archangelum

Mittitur salus hominis:
Pergit ad annum puella
Gravida, obsecutura.

Virgo pudica manus altoliti
Prolem ad aram:
Præmia cæli supremi
Recipit virgula fumi.

Gloriam trina monadi canamus
Corde devoto, Patri et Nato,
Neonon Paracitilo
Omne per ævum. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Exurgens MARIA * abiit in montana cum festinatione, ut salutaret Elizabeth.

Psalm. de Dominicâ.

2. Undè hoc mihi, * ut Mater Domini mei veniat ad me.

3. Magnificat * anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo meo.

¶ Christo canamus gloriam, alleluia.

¶ In hac solemnitate præcelsæ Virginis MARLE, alleluia.

De libro Apocalypsis B. Joannis Ap.

LECTIO 1. c. 11. 12.

Et apertum est templum Dei in celo et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando magna. Et signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim: et in utero habens clamabat parturiens, et cruciabat, ut pariat. Tu.

¶ Dixit Elias ad puerum suum: ascende, et prospice contra mare: * Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis, ascendebat de mari. ¶ Nubes illa nunquam fuit in te-nebris, sed semper in luce.—Ecce.

LECTIO 2.

Et visum est aliud signum in celo: et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, et cornua decem: et in capitibus ejus diademata septem: et cauda ejus iratæbat tertiam partem stellarum cæli, et misit eas in terram: et draco stetit ante matrem, quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum, qui rectorus erat omnes gentes in virgâ ferreâ: et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus. Tu.

¶ Vitis uberrima ex Annâ pululavit, utaque suavissima effloruit: * Potum neclaris terrigenis fundens in vitam æternam. ¶ Gaudete in Domino Deo vestro, quia germinavit desertum, sterilis pro tulit fructum suum.—Potum.

LECTIO 3.

Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prælium magnum in cælo: Michael et Angeli ejus præliabantur cum dracone, et draco pugnavat et angeli ejus: et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, et Satanas, qui seducit universum orbem: et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt. Tu.

¶ Ad templum adducitur Virgo, ac deinde in domo Dei plantata. * Atque per Spiritum saginata instar olivæ fructifera virtutum omnium domicilium efficitur. ¶ Virgo erat hortus deliciarum, in quo consita sunt universa florum germina, et odoramenta virtutum. —Atque. —Gloria.—Ad. *In dieb. infr. oct. Atque.*

IN II. NOCT.

Ant. 1. Desponsata est * Mater JESU MARIA JOSEPH et inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

2. JOSEPH. * accipe puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum.

3. Accipe puerum * et Matrem ejus et vade in terram Israel.

¶ Viderunt eam filia Ston.

¶ Et beatissimum prædicaverunt.

Sermo S. Methodii Ep. et Martyris. De Simon. et Ann. Orat.

LECTIO 3.

Sanctorum omnium per omnes generationes spiritualibus narrationibus fastisque prodigiis valere jussis, ad te festi hujus convivii velut clavem, o florenti semper habenda memoria, dirigo. Benedicta tu, prorsus benedicta, omnibusque

desiderabilis. In benedictionibus Domini nomen tuum, divina gratia plenissimum, ac summè Deo gratiosum, Dei Mater, quæque tuo ipso splendore fidelibus lumen præferas. Tu circumscripto, ut ita dicam, ejus, qui est incremuscibilis: radix floris speciosissimi: mater plasmatoris, alioris nutrix: ejus complexio qui omnia complexi habet: portans eum, qui verbo omnia portat: porta, per quam Deus in carne oritur: forceps carbonis illius purgatorii: sinus exiguus immensi omnium sinus. Tu.

¶. Beata es, Virgo MARIA, quæ Dominum portasti creatorem mundi: * Genuisti qui te fecit, et in æternum permanes Virgo. ¶. Ave MARIA, gratiâ plena, Dominus tecum.—Genuisti.

LECTIO 3.

Tu vellus roris illius incomprehensibilis: lacus ille Bethleem desiderii David: vitæ susceptor, ex quo populum immortalitatis scaturivit, propitiatorum, ex quo Deus formâ humanâ generi humano innotuit: vestis sine maculâ ejus qui induit lunam sicut vestimentum. Tu nullius indigenti Deo, carnem, quam non habebat fenerator es, quâ tandem Omnipotens ille, quod decreverat fieri, homo esset. Quid hoc splendidius? Quid hoc sublimius? Qui cælum et terram implet, cujus ditionis sunt res omnes, tui indignus efficitur: quippè Deo fenerator es carnem, quam non habebat. Tu potentem illum decora corporis armaturâ indultis: quâ et is mihi redditus est oculis adspectabilis; ipseque ut liberè intuiturus possim accedere, accipi: quâ etiâ omnia mali illius ignita tela, extingui habent. Tu.

¶. Beata Virgo, cujus viscera intacta permanent post partum, * Nobis peperit Salvatorem seculorum. Beata, quæ credidit, quoniâ perfecta sunt omnia, quæ dicta sunt et à Domino.—Nobis.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 5. 1.

In illo tempore: Videns JESUS turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ.

In Exposit. super libros Regum. An non mons sublimis MARIA, quæ ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros, usque ad solium Deitatis erexit? Hujus enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans, ait: Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippè in vertice montium fuit, quia altitudo MARIE supra omnes sanctos refulsit. Nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Tu.

¶. Gloriosa et felix Virgo MARIA, mirantibus cælestis curiæ ordinibus, at æterum pervenit thalamum: * Et sedet ad dexteram Filii sui. ¶. Ascendit Christus super cælos, et preparavit sæ sanctissimæ Matri immortalitatis locum. —Et.

—Benedict. Cujus solemnitates recolimus. *Diei. per Oct.*

LECTIO 8.

Mons quippè et domus aptè dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis, Dei Unigenito, in quo recumberet, sacrum præparavit uterum. Nam mons in vertice montium MARIA non fieret, si supra Angelorum altitudinem hanc divinam succuditas non levaret. Et domus Domini non fieret, si in ejus ventre per assumptam humanitatem Verbi divinitas non jaceret. Tu.

¶. Gloriâ et honore coronasti

Euge, euge, Dei Mater, ancillaque. Euge, cui ille omnium creditor, debitor sit. Nam qui dixit: honora patrem tuum, et matrem tuam; longè potius talibus ipse adcerseri volens gratiam, propriamque ipse legem in eam servaverit, quæ ultra assumptam ipsi Nativitatem ministravit, quamque sine patre, vel sine viro, matrem inscripsit, confirmavitque: divino quodam decore, et supra hominem glorificaverit. Ita verò hæc habebunt? habebunt ita: neque enim quæ offerimus cantica, inutilem tantum ornatum, o sacratissimum admirabilissimumque Dei habitaculum, habent... sed veritatem quandam perspicuam. Tu.

¶. Cum inducerent puerum JESUM Parentes ejus, et facerent secundum consuetudinem legis pro eo, * Simeon accepit eum in ulnas suas. ¶. MARIA autem conservabat omnia verba hæc confersens in corde suo. —Simeon.—Gloria.—Cum. *In dieb. infr. oct. Simeon.*

NI III. NOCT.

Ant. 1. Omnis gloria * filia regis ab intus in fimbriis aureis circum amicta varietate.

2. Factus est * in corde meo ignis exæstians, et deficio amore ferre non sustinens.

3. Secundum multitudinem * dolorum meorum consolationes Dei lætificaverunt animam meam.

¶. In me gratia omnis viæ et veritatis.

¶. In me omnis spes vitæ et virtutis.

Matrem tuam Domine; * Et constituiti eam super opera manum tuarum. *ŷ.* Posuisti, Domine, super caput ejus coronam de lapide pretioso.—Et constituiti. *Hoc omittitur in dieb. infr. Oct.*

LECTIO 9.

De hujus montis fructu David Deo exultans ait. Consciteantur tibi populi Deus, consciteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Terra quippe fructum suum dedit, quia quem Virgo peperit, non concepit maritali opere, sed Sancti Spiritus obumbratione. Hinc eandem regi et prophetæ à Domino dicitur. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hinc Isaias ait: erit fructus terræ sublimis. Nam quem Virgo genuit, non solum homo sanctus fuit, sed etiã potens Deus. Tu.

ŷ. Gaudeamus omnes in Domino, Recollectionem omnium Festivitatum Beatissimæ Virginis MARLE celebrantes, * De cujus Solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *ŷ.* Laudate Dominam nostram omnes gentes: glorificate eam omnes populi. De.—Gloria.—Gaudeam. *In dieb. infr. oct. De. Te Matrem Dei.*

AD LAUDES

et per Horas antiph.

1. Sit hodiè plena nostra exultatio in hæc solemnitate omnium Festivitatum Sanctissimæ Dei Genitricis MARLE. *Ps. de Dominicâ.*
2. Gloriosæ Virginis * MARLE solemnitates omnes unâ solemnitate celebremus, alleluia.
3. Laudemus * Deum nostrum in hæc dignissimâ solemnitate Genitricis Dei MARLE.
4. Benedicta sis, * ò summi Regis Filia, quæ odore præis cuncta lilia.

5. Omnis Spiritus * hodiè laudet et superexaltet Dominam nostram.

CAPITULUM. Ap. 12. 1.

Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

HYMNUS 116. *Ex offic. antiquo.*
Gande visceribus. Mater, in infimis: Felix ecclesia, quæ sacra replicas Sancta Festa MARLE:

Plaudant astra, solem, mare.
Cujus magnifica est generatio,
Cujus vita sacris claruit actibus,
Cujus finis honorem
Summum sine tenet sine.

Quæ virgo peperit, virgoque permanet,

Lactabit propriis uberibus Deum,
Portantemque gerebat
Unis prena trementibus.

Felix multiplici laude Puerpera,
Regis porta sui clausa perennitèr
Mundi stella fluentis,
Floris virgula regia.

Te nunc suppliciter Sancta Theotocos,

Regis perpetui sponsaque, poscimus,

Ut nos semper ubique
Miti munere prolegas.

Sanctis obtineas, Virgo, precantibus

Pacis præsidium dulce diuina,
Nobis atque beatis
Regni dona pereciana.

Præsta, summe Pater, Patris et unice.

Amborumque simul Spiritus annue,
Qui regnas Deus unus
Omni tempore sæculi. Amen.

ŷ. Posuisti, Domine, super caput ejus.

ŷ. Coronam de lapide pretioso.
Ad Benedict. ant. Solemnitatem * hodiernam perpetuæ Virginis Genitricis Dei MARLE cum gaudio

celebremus, quæ celsitudo throni processit, alleluia.

Oratio.

Deus, qui nos Beatæ et gloriosæ Virginis MARLE gaudia et solemnitates recolentes lætificas, concede nobis, sic laudibus ejus et servitio dignè insistere, ut eam in necessitate et angustia, et præcipuè in horâ mortis presentem et auxiliatricem sentiamus, et te post mortem per ipsam, et cum ipsâ gaudere mereamur in cœlis. Per Dominum nostrum.

AD PRIMAM.

Ant. Sit hodiè. *Capit.* Signum magn. *de Laudib.*

ŷ. *br.* Quæ tantâ solemnitate nos lætificas.

Et dicitur per octav.

CANON.

EX CONCILIO ÆNHAMENSI.
ann. 1009. can. 15. ex alâ versione.

418. Genitricis Domini nostri almæ videlicet MARLE Festa solemnia primò cum jejunis, et postea cum suavisonâ melodiarum cantinellâ honorificè ab omnibus celebrentur solemnitèr. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Ap. 14. 14.

Vidi, et ecce nubem candidam: et super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream.

ŷ. *br.* Specie tuâ * Et pulcritudine tuâ.—Specie. *ŷ.* Intende, prospere procede, etregna.—Et.—Glor.—Specie.

ŷ. Ista est speciosa.

ŷ. Inter filias Jerusalem.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. Ap. 21. 2. et 11.
Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam.... habentem claritatem Dei:

et lumen ejus simile lapidi jaspidis, sicut crystallum.

ŷ. *br.* Viderunt eam * Filia: Sion.—Vider. *ŷ.* Et beatissimam prædicaverunt.—Filia:—Gloria.—Viderunt.

ŷ. Hæc est urbs perfecti decoris.
ŷ. Gaudium universæ terra.

AD NONAM.

CAPITULUM. Ap. 20. 23.

Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in eâ: nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna ejus est Agnus.

ŷ. *br.* Vidi celum novum, * Et terram novam.—Vidi. *ŷ.* Primum celum, et prima terra abiit.—Et.—Gloria.—Vidi. *ŷ.* Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. *ŷ.* Et habitabit cum eis.

IN II. VESPERIS.

Ant. 1. Solemnitas * Solemnitatum est hodiè Sanctæ MARLE Virginis: exultemus et lætemur in eâ. *Psalmi ut in 2. Vesp. Solemnit.*

2. Solemnitatem * Dei Genitricis sollicitè celebremus ut ipsa intercedat pro nobis ad Dominum.

3. Offerentes munera, * et adolentes odorem suavitatis Domino, celebremus tantam Beatæ Virginis Festivitatem.

4. Hæc die * nobis sancta et venerabili omnia Festa Reginæ nostræ corde et animo recolimus.

5. Gaudeamus, * et exultemus, demus gloriam Deo in hæc die solemnitatis nostræ.

CAPITULUM. Ap. 2. 1.

Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

ŷ. Gaudeamus. *Ut in 1. Vesp. hæc die tantum.*

HYMNUS 117.

Alma Christi Mater,

Virginumque summa,
Qua nihil supremis
Maius orhis ambit.

Nesciens primævam
Protoplasti labem,
Tota cœli donis
Compla Nympha fulges.

Ante sæcla natum
Mente summi Patris,
Virgo pura gignis
Rore cœli fœla.

Tu polorum Regem,
Qui pugilo gestat,
Aura, pontum, terras
Ventre casto claudis.

Cuncta complectentem
Virgo stringis ulnis,
Tè ferentem portas,
Educas alentem.

Sit laus Deo Patri
Summo Christo decus
Spiritus Sancto
Tribus honor unus. Amen.

ÿ. Reginae sanctorum omnium,
alleluia.

ÿ. Laudem dicite ei omnes ser-
vi eius, alleluia.

Ad Magnif. ant. Quia respexit
Dominus humilitatem in ancilla suae:
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.

Oratio de Laudibus.

*In diebus infra oct. Offic. etiam
in festis, fit ut in die præter ea quæ
assignantur propria.*

DIE II. NOVEMB.

DE II. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

IN I. NOCT.

De libro tertio Regum.

LECTIO 1. c. 18. v. 42:

Et ait Elias ad Achab: ascende, co-
mede, et bibe: quia sonus multæ
pluvie est. Ascendit Achab, ut co-
mederet, et biberet: Elias autem
ascendit ad verticem Carneli, et

Die II. Novemb.

pronus in terram posuit faciem
suam inter genua sua, et dixit ad
puerum suum: ascende, et prospice
contra mare. Tu. ÿ.

LECTIO 2.

Qui enim ascendisset, et contempla-
tus esset, ait: non est quidquam.
Et rursùm ait illi: revertere sep-
tem vicibus. Inseplimâ autem vice,
ecce nubecula parva quasi vesti-
gium hominis ascendebat de mari.
Qui ait: ascende, et dic Achab:
iunge currum tuum, et descende,
ne occupet te pluvia. Tu. ÿ.

LECTIO 3.

Cumque se verteret huc atque illuc,
ecce cœli contenebrati sunt, et nu-
bes et ventus, et facta est pluvia
grandis. Ascendens itaque Achab
abiit in Jezrahel: et manus Domi-
ni facta est super Eliam, accensis-
que lumbis currebat ante Achab,
donec veniret in Jezrahel. Tu. ÿ.

IN II. NOCT.

De Institutione Monachorum D.
Joannis Ep. Ierosolymitani. *Cap.*
32. In Bibliot. max. PP.

LECTIO 4.

Per hoc namque, quod ille puer
Elias vidit de mari nubeculam par-
vam oriri, revelavit Deus Elias,
quod quedam Infantula, scilicet
Beata MARIA, per nubeculam sig-
nificata, et instar illius nubecule
per humilitatem parva, nasceretur
de humanâ naturâ peccatrice, de-
signatâ per mare. Quæ Infantula
jam in suo ortu esset munda ab
omni peccatorum sordē, quemad-
modum nubecula illa fuit de mari
amaro sine tamen aliquâ amari-
tudine. Tu. ÿ.

LECTIO 5.

Licet namque nubecula illa esset
originalitèr ejusdem naturæ cum
mari: alterius tamen fuit qualitatē,
alieriusque proprietatis. Mare quip-

Die III. Novemb.

pè ponderosum est, et amarum;
sed nubecula illa levis fuit, et dul-
cis. Sic quàm in quolibet alio ho-
mine, natura humana instar maris
sit in suâ origine, ita amaritudine
peccatorum et vitiorum pondere
pressa, ut faleri cogatur: iniquita-
tes meæ supergressæ sunt caput
meum, et sicut onus grave gravata
sunt super me. Tu. ÿ.

LECTIO 6.

Beatam MARIAM de hoc mari, id
est, naturâ humanâ, alitèr fuit orta,
quia in suo ortu non fuit onerata
amaritudine delictorum; sed instar
illius nubecule fuit levis per im-
munitatem peccatorum, et dulcis
per plenitudinem charismatum.
Ipsa enim suo ortu fuit nubes illa,
de quâ per Moysen figuratè est
scriptum. Ecce gloria Domini ap-
paruit in nube. Tu. ÿ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Matthæum.

LECTIO 7. c. 5. 1.

In illo tempore: Videns JESUS tur-
bas, ascendit in montem, et cum
sedisset accesserunt ad eum Disci-
puli ejus. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni, Ep.

In Bibliâ Mariannâ.

Beati pauperes, quos non necessi-
tas, sed fides et devotio pauperes
facit, ut contemptis omnibus Deo
vivant. Talis autem contemptus
omnium rerum in beatâ Virgine in
summo fuit, ita ut Beata MARIA
paupertatem spiritus habuit excel-
lentis omni homine præter Chris-
tum: qui cum ipse præcellat om-
nes dignitate, et æqualem aliis ha-
berit paupertatem, excellit omni-
bus improprietatibus paupertate.
Tu. ÿ.

LECTIO 8.

Beati miles. Istam militatem et

mansuetudinem præter Christum
excellentissimè habuit. Mitis est,
qui malis moribus dominatur, quod
ipsa perfectissimè fecit. Ejus enim
dominium de malis moribus fuit
sine pugnâ, omnium aliorum cum
pugnâ. Mansuetus non irritat, nec
irritatur: cogitat enim nulli nocere,
et omnibus in summo prodesse. Hoc
ipsa perfectissimè implevit. Tu. ÿ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Astigiens-
sis de Valle.

Guimp. Imag. 237.

Astigi, vulgo Ecija, novem leucis
Hispani distat paucis passibus extra
urbem ad ripam fluvii singulis tem-
plum est, et in eo statua Deiparæ,
quæ à Valle nomen accepit: Anti-
qua hic pietas est; nam Sanctæ
Florentinæ Virginis oronibus ste-
tisse hic ferunt tempore Gothorum,
cui Statua hæc dono donata à fra-
tre suo Sancto Fulgentio fuit, et ab
illis temporibus hoc in loco culla.
Imago puerum JESUM brachio ge-
stat, et à Divo Gregorio Papâ Sancto
Fulgentio Episcopo Astigiano
dono missa dicitur. Vix dici potest
quantus urbis affectus sit erga hanc
Iconem. Sicilas, pestis, fames, bel-
lum, ubi ingrunt, hinc curritur:
hic remedium postulatur, et semper
inventur. Tu.

*Vesper. ut in 2. Vesp. ritu Du-
plici.*

DIE III. NOVEMB.

IMPECCABILITATIS B. M. V.

Duplex.

*Omnia ut in die I. Nov. Lect. 1.
Noct. de Feriâ occur.*

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.
In Dom. 1. Quadr. Conc. 3.

LECTIO 4.

Inter alias excellentias Virginis una

præcipua est, non peccasse, nec fuisse tentatam. Alia animæ quantumcumque sancta senserunt aliqueum fomitem peccati. Miratur Psalmista. Venite, inquit, et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terræ. Nonne mirum, ut ait Propheta, quòd in terris non sunt bella? Richardus in libro de Emmanuele dicit, de terrâ Virgine, de quâ veritas orla est, intelligi debet. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Adamus igitur ad hoc, quod, ut ait Pater Augustinus: MARIA non solum non peccavit, sed nec cogitavit peccare. Quid dico, cogitavit? Imò nec peccatum cogitare potuit. Nullo impulsu vel levissimo, nulla tentatione impulsâ ad cogitandum vel minimum peccatum. Unde hoc? Adjuvabit eam Deus vultu suo, præsentia suâ, favore suo circumdedit. Et ideo Deus in medio ejus non commovebitur. In centro cordis fixus, non solum recessit per mortale, sed nec tantillum mutata est per veniale. Nihil cogitavit, nihil fecit: Virgo, quod oculos tantæ majestatis offenderet, Domino ipso eam in omnibus dirigente. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Sed dicit aliquis: nunquid non fuisset major gloria Virgini fuisse impugnatam et vicisse? Nam ubi non est pugna, ibi non est victoria. Ubi non est victoria, nec corona est nec gloria. Respondet Albertus Magnus. Quod quando bellum cessat propter excessivam virtutem bellatoris, tum supremam victoriam genus est non impugnari. Exemplum de duobus principibus, quorum unum nemo præsumit, nec audet invadere, quoniam bellicosissimus est. Alterum verò præsumit, licet vineat. Sic Virgo omnino su-

per omnes excellens, quam neque dæmon ausus est invadere. Imò auditio ejus nomine terretur. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS turbis Judæorum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Aquinatis.

Opus. 3. Comp. Theolog. c. 224. Quia Beata Virgo MARIA Mater Dei facta est, de Spiritu Sancto concipiens, decuit, ut excellentissimâ puritate mundaretur, per quam congrueret tanto Filio. Et ideo credendum est eam ab omni labe actualis peccati immunem fuisse, non tantum mortalium, sed etiâ venialium, quod nulli Sacerdotum convenire potest post Christum. Tu. ꝯ.

Bened. Cujus impeccabilitatem.

LECTIO 8.

Et quia veniale peccatum interdum ex supreptione contingit, ex hoc scilicet, quod aliquis inordinatus concupiscentiæ motus insurgit, aut alterius passionis præventionis rationem, ratione cujus prius moti dicuntur esse peccata, consequens est, quòd Beata Virgo MARIA nunquam peccavit venialiter, eoquod inordinatos motus passionis non sensit. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Miraculo.

Camòs, libr. 9. c. 3.

In Diocesi Cælsenensi percelebre exurgit Divæ Virginis Templum sub titulo de Miraculo in grati animi erga ipsam ob salutem acceptam monumentum structum. Cum igitur oppidus Riner, pestifera die gravaretur, duobus pueris die tertâ Augusti anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi octavi, se conspiciendam sub formâ ventu-

stissimæ puella Deipara præbuit, eisque injunxit, ut oppidani nuntiarent, quòd si iram Dei vellent effugere ad eum se toto corde converterent. Quod cum fecissent, læscque omnino extincta fuisset, acceptâ ab episcopo Urgellensi, Patriarchâ Alexandrino licentiâ, Templum illud de Miraculo à fundamentis erexerunt in ipso apparitionis loco, ubi etiâ nunc plurima patrantur prodigia, ut ex innumeris tabellis ibi appensis satis liquet. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Concilio Tridentino.

Ses. 6. de Justific. can. 23.

419. Si quis hominem semel justificatum dixerit... posse in totâ vitâ peccata omnia, etiâ venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia: anathema sit. Tu.

Vesperæ ut in secund. Diei.

DIE IV. NOV.

DE IV. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

IN I. NOCT.

De Baruch Propheta.

LECTIO 1. c. 3. 24.

O Israel, quàm magna est domus Dei, et ingens locus possessionis ejus! Magnus est, et non habet finem; excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, staturâ magnâ, scientes bellum. Tu. ꝯ.

LECTIO 2.

Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ invenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cælum, et accepit eam, et eduxit eam de nubibus? Quis

transfretavit mare, et invenit illam? et attulit illam super aurum electum? Tu. ꝯ.

LECTIO 3.

Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat semitas ejus: sed qui scit universa, novit eam, et adinvenit eam prudentia suâ: qui præparavit terram in æterno tempore et replevit eam pecudibus; et quadrupedibus: qui emittit lumen et vadit: et vocavit illud, et obediavit illi in firmore. Tu. ꝯ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Methodii Ep. et Martyris.

Orat. de Simeone et Annâ.

LECTIO 4.

Deficiet nos tempus, futurasque postmodum generationes, si te Matrem Regis sæculorum dignis loquiis voluerimus prædicare: ut quodam loco erudiens, quàm sis incomprehensibilis, inclytus Propheta ait: Quàm magna domus Domini et ingens locus possessionis ejus! Magnus est et non habet finem, sublimis atque immensus. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Planè enim, planè propheticum oraculum, verissimusque hic sermo Dei magnificentiâ illâ tuâ, et majestate procedit: nam et sola, eorum, quæ sunt Dei, partem cum Deo habere meruisti: quæ sola Deum ex Deo Patre, unigenè ac sempiternè genitum, carne genueris. Ita veraciter sentint, qui sinceram fidem amplectuntur. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Salve in æternum indesinens nostrâ lætitiâ, Dei genitrix Virgo: ad te enim rursus accurro. Tu nobis lucis initium, tu medium, tu finis: pretiosissima regni margarita; verè totius victimæ adeps: anima-

tum panis illius vitæ altare. Salve dilectionis Dei thesauri: salve Filii in genus humanum propensionis illius, ac ejus humanitatis fons: salve Spiritûs Sancti mons inumbrate. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 5. 1.

In illo tempore: Videns JESUS turbas, ascendit in montem; et cum sedisset, accesserunt ad eum Discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni, Ep.
In Bibliâ Marianâ.

Beati qui ingenti. Qui luctus post Christum excellentissimè fuit in Beatâ Virgine. Item servitia, quantò minus debita, tantò magis grata; sed luctus Beatæ MARLE Virginis nullo modo fuit debito debito necessitatis, sed tantummodò debito charitatis; ergò sicut luctus ejus aliis est inproportionabilis, ita consolatio ejus aliis etiã fuit inproportionabilis. Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Cum autem misericordia sibi dare, dimittere, et Beata Virgo plus omnibus dedit, et super omnes plus dimisit: ergò super omnes beatitudinem misericordie accepit. Ambrosius: misericordia est nullum in miseria relinquere, et nullum miserum facere: quod in summo est in Beatâ Virgine; ergò in summo habet beatitudinem misericordie. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed hi, ut dicit Glossa, mundo corde sunt, quos non arguit conscientia peccatorum; sed hoc in Beatâ Virgine fuit in summo: ergò habuit munditiam

cordis in summo. Tu. Te Matrem. Vesper. ut in 2. Vesper. Diei.

DIE V. NOV.

B. M. V. DE QUERCU.

Semiduplex.

Lect. 1. Noct. de Fer.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Balagh. kalend. mar. die 26.
Mart. ex Bzovio.

Quidam Baptista Clavarius Viterbensis vineam habebat propè civitatem, cui ab injuriis coli tuenda Imaginem Divæ Virginis in regulâ depictam in vastissimâ Quercu ejusdem vineæ appendit. Ea Imago pependit ibi annos circiter quadraginta, donec anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo Dei Mater se quibusdam piis mulieribus in quiete ostendit, et monuit, ut viam ad Quercum aperiret, imaginem adiret, aramque ibi edificare curarent, futuram sibi scaturiginea omnium gratiarum ab ejus invocatione. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Conscio Episcopo loci, atque arâ erectâ, et sacrificio peracto capere mox miracula, inde eorum fama, inde confluere mortales; inde structum pone arborem sacellum: inde demum non diu post Ecclesia amplissima, quæ et sacellum et tetrum tegeret edificata, et Sancti Domini Fratribus unâ cum cœnobio attributa, ubi ad hanc usque diem innumera sunt miracula. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Sermo S. Anselmi Episcopi.
Libro de Virginitate. c. 22.
En Beata MARIA Virgo perpetua, hortus conclusus, fons signatus, virgula radices, gemmula floris, aurora solis, nurus patris, genitrix

et germana Filii, simulque sponsa, ac felix vernacula, sanclarum socrus animarum, supernorum Regina civium, columba inter sexaginta reginas, et bis quadragenas pellices propter perenne puritatis privilegium, obsidem sæculi, Monarcam mundi, Rectorem poli, Redemptorem soli, Archangelo pronuntiante, Paraclito obumbrante, præcordiis tripudiantibus, feliciter suscipere meruit. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus verter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Epiphaniî Episcopi.

De Laudib. B. M. V.

Beata Virgo, columba pura, et sponsa cœlestis MARIA, cœlum, templum, et thronus divinitatis, quæ cœlescantem in cœlo et in terrâ solem habes Christum: nubes lucida, quæ fulgur de cœlo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxit Christum. Nubes cœlestis, quæ tonitruum Spiritûs Sancti in seipsâ reconditum deduxit in mundum, et imbrem Spiritûs Sancti in universam terram ad producendum fidei fructum demisit. Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Virgo pura Sancta Mater Domini, beata Sponsa Trinitatis individue, beata tu inter mulieres, quæ Deum et hominem omnium Creatorem velut Infantem in terrâ peperisti. Lect. 9. Beata tu inter mulieres, quæ sola in terris Deum cœlestem concepisti. Beata tu inter mulieres, cujus ubera suxit is qui alit universa. Sancta MARIA, Virgo Deipara, beata tu inter mulie-

res, quæ nunc genuisti eum, qui olim in paradiso formavit Adam è lulo. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Barrensis de Consolatione.

Gumpenb. 459.

In Suburbio urbis Barrensis in Germaniâ inferiori: sacellum Deiparæ est, Statuâ et beneficiis imperialis insigne. Conditor sacelli hujus fuit Joannes Naveronius, vir equestriis ordinis, et pius sub annu millesimum quingentesimum decimum quintum. Struendi sacellum occasione dedit marè, in quo cum omnia proxima viro intendant mortem, ad Deiparam conversus sacellum voti se conditurum in plurimum solatum, si ipse hic loci inter varia mortis pericula à Virgine opem nasceretur. Vix factum ab eo voluit est, quam primum detonare venti, componique fluctus capti sunt, navisque læta turgenibus velis ad portum proripavit. Tu. Te Matrem. Vesper de sequenti.

DIE VI. NOVEMB.

D. V. DERTUSENSIS DE GINGULO

Duplex majus.

IN I. VESPER.

Non propria ut in 2. Vesp. Omnium festiv. die 1. Nov.

HIMNUS 118. Salla.

Exulta in Domino, fida age Civitas Dertusa, eximio conscia pignore, Mirâ, queis MARLE serle beatorum Distinguaris amoribus. Fortunata quidem nox, tibi propriis Sanctum quâ manibus textile tradidit, Gingsens se, Strophium Virgo Puerpera,

Regem nixa theandricum!

Nox plūs, quàm rutilans, clara,
meridies,

Dignata aetereo cernere vertice
Delapsam Dominam, caelipotentibus
Turmis rite obeuntibus!

Quois hinc veluti cincta satellite,
Dextro Clavigero, laevo at apostolo,
Gentes qui docuit, plūs micat, igitur
nibus

Sicut luna minoribus.

Sic descendit ovans, prisea quae
Iberia,

Quois te prosequitur concita amoribus

Excelsi Genitrix, ut tibi conferat
Sacri munera Cinguli.

Sit Patri ingenito gloria Numini,
Aeternum genito gloria Filio

Utriusque sacro saecula Flamini
Sit laus aequa per omnia.

Amen.

† Omnes auxilium per Cingula
Virginis optant.

‡ Auxiliumque tenent per Cingula
Virginis omnes.

Ad Magnific. ant. Beata Virgo
MARIA sereno vultu noctis umbras
eliminans apparuit, Cingulumque
sacrum in pignus sua tutela dedit
Ecclesiae Cathedrali Dertusensi.

Oraño.

Deus, qui Ecclesiam Dertusen-
sem Beatissimae Virginis MARIE
visitatione et Cingulo decorasti:
ejus nobis intercessione concede,
ut cingulo fidei et puritatis accincti,
à cunctis peccatorum nexibus eruamur.
Per Dominum.

AD MATUT.

Invitor. Laudemus Deum no-
strum * In veneratione Sanctissimam
Cinguli Beatae MARIE Virginis.

HYMNUS 119. Salla.

Contestes memorant rem sibi credidit

Christi Mysteria pius, Major et audiens
Quinis è monachis invigilantibus

Sacris jugiter aëdibus,

Felices nimium! quippe probabiles

Reginae angelicae quos daret, inclivis

Ut visa expediant, qualia Cingula,
Dertusensibus incolis.

Felices iudem! scilicet admodum
Priscis consimiles Patribus acclitis

Divine rutilo monti Habitorio
Christi cum tribus assecitis.

Hi, pars colloquium, pars venerabilis

JESU sunt meriti dia tuerier
Solares radios ora vibrantia,

Necnon lecta nivalia.
Solis justitiae quale refulerat

Thabor montis illius illius aureae
Eüs effluvis urbis Iberiae

Templum tale reniduit.
Hic, instar Moisis, vatis et Heliae

Soteris labii, instar et Assecitum
Ipsius placida luce fruentium

Et picto nive tegmine;
Reginae specie, quae beat angelos,

Alter, colloquis dulce sonantibus
Alter, pennigeris cœtibus inditis,

Fausta sorte positus est.
Sit Patri ingenito gloria Numini,

Aeternum genito gloria Filio,
Utriusque sacro saecula Flamini

Sit laus aequa per omnia.
Amen.

IN I. NOCT.

Lection 1. Noct. de Comm. Reliqua
ut in die 1. Nov.

‡. 1. Angelicis comitata choris,
sociataque Petro, Pauloque eximii;
culmina bina poli, * Cingulum
Virgo Parens praestanti munere
donat. †. Dertusae templo pignus
amoris adest. —Cingulum.

‡. 2. O Cingulum, quod iis, qui
ad te confugiunt, tuâ virtute praecingis,
* Tribue nobis lumborum
mortificationem ad vitia, et animi
fortitudinem ad virtutum operationem.
†. Sit justitia cingulum lumborum,
et fides cinctorum renum

nostrorum.—Tribue.

‡. 3. O Cingulum, quod nostra
natura imbecillitatem astringis, et
roboras! * Conforta nos contra inimicos
nostros. †. Tam qui sub
aspectu cadunt, quam qui non cadunt
hostes impedi.—Conforta.—
Gloria.—Conforta.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Brev. Rom. ann. 1507. et ex
novo officio proposto.

Dertusa: in Hispania Tarraconensi
anno millesimo centesimo septuagesimo
octavo quidam Presbyter pius
et probus surgens in noctis dimidio
ut in Ecclesia majori, prout erat
solutus, interesset, contigit semel,
ut cum ad januas Ecclesiae pervenisset,
solemne officium celebrari audivit,
cum de feriâ solummodo esset celebrandum,
et januas apertas invenit. Stans igitur
ad limen, ingentem intuitus est claritatem,
et sanctos Dei Angelos in vestibus
albis per choros hinc inde stantes,
accensos cereos albos habentes;

quos tremens cum cererel, invitatus
fuit, ut cereum quoque acciperet,
et ductus ad altare, ad cuius latus
vidit mulierem speciosam valde,
ornatam, sedentem in solio,
cui aderant stantes ad latera
duo viri, Sanctus Petrus nempe
dextris, et Sanctus Paulus à sinistris.
Tu.

‡. Propositum est nobis hodie
ad venerandum insigne Sanctissimae
Deiparae Cingulum * Quod ipsa
in pignus sui amoris hominibus
tradidit. †. Cingulum sanctius illo
antiquo, quod de bysso retorta,
hyacinto, purpurâ, ac vermiculo
bistincto, arte plumariâ erat.—
Quod.

LECTIO 5.

Beata Virgo Presbyterum intuens,
eum accersivit, et dixit ei: quoniam

in honorem Filii mei et meum haec
Ecclesia est constructa, et vobis
dertusensibus cura est me plurimè
venerari, ideò, quia diligo vos solvens
cingulum, quo praecingor, à me
fabricatum, super altare illud pono,
et vobis trado, ut hoc in pignus
amoris mei et memoriam habeatis.
Et ita haec omnia urbis Episcopo,
Clero, et populo reserabris,
et haec dicens solvit et posuit
super altare Cingulum. Dixit
quoque ei Virgo: ecce monachum
majorem habes hujus visionis
contestem, qui est in choro, et omnia
cernit, ideò illis vos duo haec omnia
et singula referetis. Visio, his
dictis, evanuit. Tu.

‡. O Cingulum, quod immaculatissimum
corpus involvisi, et amplexum es:
* Circumda nos, et defende nos
contra hostes nostros. †. Praecinge
nos, Domina, Virgo MARIA
cingulo puritatis tuae.—Circumda.

LECTIO 6.

Presbyter autem ingressus domum
(cum se post visionem in cimiterio
invenisset) visa in corde suo
conferrebat. Sed statim sonum campanae
ad matutinum audivit, et ad
Ecclesiam festinus pergens, in illam
oculus introit, et cum Monacho
majore accedens ad altare, Cingulum
ibi à Beata Virgine positum
invenit. Expleto Officio Canonice
et Clericis omnia Presbyter, et
Monachus propalarunt; et manè factum
omnis Clerus et populus conveni-
runt, ac post solemnem supplicationem
per urbem Cingulum in sacro
crario Ecclesiae reconditum fuit,
quod hodie adhuc summâ religione
colitur. Tu.

‡. O Cingulum, quo praecincta
fuit landatissima Deipara: * Ecclesiae
decus, et totius populi Christiani
solatium! †. Cingulum, quo

impiissimum Draconem Mater nostra suffocavit.—Ecclesie.—Gloria.—Ecclesia.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turbâ dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua. Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Concion. 1. de Assumpt. B. V. M. Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Cananæo. Et quo pretio vendidit? O bone Deus! quo pretio vendidit talem islam? Quid pro illâ tunicâ datum est ei? Quis nomenare valebit? Quis audebit enarrare? Quis cogitare sufficit? Omnium gratiarum plenitudo, omnium virtutum et bonorum plena possessio, celestiumque gemmarum et margaritarum inestimabilis thesaurus datus est ei. Tu.

¶ O Cingulum, illam Ezechielis portam clausam ligatam tenens, nulleque per eam nisi soli Domino transitum permittens, * Circumda nos, et custodi nos in ævum. y. O Cingulum, veritatis, castitatis, et virtutis Virginis, quam præcinxisti, argumentum. Circumda.

Bened. Cujus Cingulum colimus.

LECTIO 8.

Vestita est ab eo gloria et decore, celorum, terrarumque Regina constituta est, et in ministerium data est illi omnis creatura, que sub Deo est. Ecce Sindonem pretium, ecce quanti tela vendita est. Sed ad quid! Ut videlicet inde fieret Cingulum Cananæo. O pulcherrimum Cananæum, divino splendore indutum, et virgineo Cingulo cinctum, qui immutabilis manens, formâ Dei non amissâ, in hominis formam veluti mutatus apparuit. Tu.

¶ O pretiosum verè, ac præclarissimum Cingulum, quod ejus constrictisti corpus, * Quæ Emanuele utero gestavit. y. O Cingulum pignus certissimum amoris Matris Dei erga nos.—Quæ.—Gloria.—Quæ.

LECTIO 9.

Hæbabit ab initio Cananæus hic amplissimas vestes à Patre, solo Cingulo indigebat, quo immensus illos, exuberantesque sinus amplissimorum vestimentorum colligeret ad currendam viam, sicut scriptum est: Dominus regnavit, decorem indutus est, induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se. Ecce vestes, ecce Cingulum. Vestes à Patre, Cingulum à Matre. Vestes ab æterno, Cingulum ex tempore. O quales vestes, decor et fortitudo! Sicut et alibi scriptum est: fortitudo et decore indumentum ejus. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 120. *Salla.*
Orans nam Monachus mûta silentia
Per noctis resonis pronus in exedris
Sacris canem cœlitus atris

En accedere constupet.
Justam quam vocitant, janna
panditur:

Alati pueri luce micantia
Intrans vario, strataque et ambitum
Replet flore et aromate.

Intrat post acies ordine cœtera:
Munit se madidus lumine lustrico
Signo quisque crucis more fidelium;

Consistuntque bifariam.
Albescent nivæis corpora amictibus:

Gestatur manibus cereus ignifer:
Excelsæ Triadi cantio clerico
Ritu personat invicem.

Sit Patri ingenito gloria Numini,
Æternum genito gloria Filio,
Utriusque sacro sæcula Flamini

Sit laus æqua per omnia. Amen.
Ad Benedict. ant. Et erit justitia Cingulum lumborum ejus, et fides cinctorum renum ejus.

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

3. Aug. 1726. *Dertusens.*

120. Sacra Rituum Congregatio ad enixas Epiropi et Capituli Ecclesie Dertusensis preces, Lectiones secundi Nocturni ex Sermone Sancti Thomæ de Villanova concione primâ de Assumptione Virginis approbavit et pro secundâ Dominicâ Octobris in festo Beate MARIE Virginis de Cingulo cum Officio ut in die ad Nives sub ritu Duplici primâ: Clasis in civitate et Diœcesi prædictâ in posterum recitari posse indulsit. Tu.

IN II. VESPER.

Ut in die 1. Nov. præter sequent.

HYMNUS 121. *Salla.*
Mox Regina subit duplici Apostolo
Unâ cum socio, lumina vincens
Nato consimilis corpus in alterum
Quum mutavit imaginem.

Signâclum digito quæ crucis
imprimens
Lustralis lapidi fontis, et osculans
(Visu flex animus!) jam prece
mysticâ

Sanctum consecrat ampliùs.

Ex quo se fluvio, pollice tesserâ
Signat christiadum: tum sedet igneo
Augusta in solio: flamme cœlico

Demum Presbyter advolat.
Spectans qui altionis talia, stantibus

Acclit angelico jungitur alteri
Alis ex choricis: quem vocat imperans

Divis ipsa hierarchiis.
Quæ, missis aliis, en Ego propriis

Texta, inquit, manibus, Cingula, quæ exuo,

Dertuse tribuo, quâ valet, optime
Mecum, pignora gratiæ.

Hæc est quam meritò jure imitamine

Patrum concelebras, cœlica Fascia
Augustis hodiè ritibus, admodum.

Urbs Dertusa imitabilis.

Sit Patri ingenito, ut in Laudibus.

Ad Magnif. ant. Hoc Cingulum, quo præcingor, vobis trado in pignus mei amoris.

DIE VII. NOV.

DE VII. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

IN I. NOCT.

De Ezechiele Propheta.

LECTIO 1. c. 17. 1.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, propone ænigma, et narra parabolas ad Domum Israel. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus: aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, et varietate, venit ad Libanum, et tulit medulam cedri. Summitatem frontium ejus avulsit: et transportavit eam in terram Chanaan, in urbeneogolitarum posuit illam. Tu. ¶ Dixit El.

LECTIO 2.

Et tulit de semine terræ, et posuit illud in terrâ pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud. Cumque germinasset, crevit in vineam latiore humili saturâ, respicientibus ramis ejus ad eam: et radices ejus sub illâ erant. Facta est ergo vinea, et fructificavit in palmites, et emisit propagines. Tu. ¶ Vitis.

LECTIO 3.

Et facta est aquila altera gran-

dis, magnis alis, multisque plumis: et ecce vinea ista quasi mitens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui. In terrâ bonâ super aquas multas plantata est: ut faciat frondes, et porlet fructum, ut sit in vineam grandem. Tu. ꝯ. Ad Templ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini. *Concion. 5. In assumpt. B. V.*

LECTIO 4.

Aquila est Virgo, quoniam lucem illam solis inaccessiblei sola super omnes puras creaturas visu penetrat. Et, sicut aquila, avium regina, ita Virgo, Spirituum Domina. Ista aquila ad ætæra alitibus volat, et ex alto prædam, id est, animam peccatoris conspiciat, quam rapit ad cælestia unguis suæ charitatis. Magnarum alarum, Nempe, quia totum Domini tabernaculum, id est, Ecclesiam habet protegere sub alis. Longo membrorum ductu. Audi, quàm longo: ab infimo peccatore usque ad supremum Angelum, imò usque ad Dominum Angelorum. Non est, qui de istâ Virginis largitate non accipiat: peccator veniam, justus gratiam, Angelus gloriam, Deus carnem. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Plena plumis et varietate. Plumæ carni inhaerentes, virtutes, quas ipsa acquisivit in vitâ, intelligunt. Varietatem desuper nitentem, donorum et gratiarum splendorem varium sibi de cælo collatum percipendo. Splendens igitur virtutibus, fulgens donis. Venit ad Libanum. De Libano venit ad Libanum: de Libano puritatis ad Libanum claritatis: de Libano innocentiae ad Libanum gloriæ. Et alitibus volans in

Libano, conscendit altissimam cedrum. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Et tulit medullam cedri. Quia divinitatis arcana, et intimas divitias, et gloriam, ipsa super omnes creaturas penetrat. Cujus gloriæ et beatitudinis respectu, quasi superficialis videtur omnis aliorum sanctorum gloria. Ipsa enim intimius pacitur ex adipe frumenti: ipsa intimius beatificatur, et in cellam vinarum amoris et fructus Dei multò interius est à Deo Rege cælesti introducta. Vides, quantum interest inter gloriam Virginis et aliorum? Vides, quantum alitibus est sublimata aquila ista grandis? Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

LECTIO S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 5. 1.

In illo tempore: Videns JESUS turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni, Ep. *In Bibliâ Mariand.*

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Glossa. Dum lex carnis repugnat legi mentis, non modo altero, sed nec hoc modo possumus esse pacifici. Ergo super omnes pacifica existerat, in quâ caro adversus spiritum non rebellavit. Et sic ipsa beatitudinem summam pacis possidebat, et possidet. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Hic agitur de persecutione illâ, quæ est martyrium, cui debetur laureola. Unde Bernardus: longè enim plusquam Martyrem prædicamus, in quâ nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Commemoratio D. V. Flixienensis de Remedio.

Camòs de Inag. Cathal. Libr. 4. c. 8.

Tribus à Flixienti oppido ad sinistram Iberi milliariibus, perpulchrum visitur Deipara: templum, etsi super ingentem rupem semiabscondum, quòd anno millesimo sexcentesimo edificatum, ab impiorum malitia hoc ipso sæculo dirutum, iterum reparatum ac ferè de novo structum hisce annis magno circumstantium populorum plausu fuit. Statua Deiparae, quam illi cultu afficitur, lapidea est: et dicitur de Remedio, non tantum, quia ipsam invocantium malis, præcipuè febribus laborantium remedium apponat, sed etiàm, quia sorte missâ super diversa nomina cecidit sors super hoc titulo de Remedio. Ad illam miraculorum famâ, non exiguus fit fidelium accessus. Tu.

Te Matrem.

Vesperæ de sequent. ut in 1. Vesp. Omn. Festiv.

DIE VIII. NOVEMBER.

OCTAVA OMNIUM FESTIV.

Duplex majus.

AD MATUTIN.

HYMNUS 122. *Caryoph.*

Virgo Beata nascitur,

Beata Sponso traditur,

Beata mox enititur

Beata cælo redditur.

Mens est beata dotibus,

Caro carens est sordibus,

Venter beatus germine,

Fœcundus absque semine.

Ergò vocandam gentibus,

Sese beatam dixerat:

Nos ventre factum dicimus

Sedem beatitudinis.

Doxologia de Tempore.

IN I. NOCT.

De libro Apocalypsi Beati Joannis Apostol.

LECTIO 1. c. 21. 9.

Et venit unus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis, et locutus est mecum dicens: Veni, et ostendam tibi sponsum uxorem Agni, et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem, descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei, et lumen ejus simili lapidi pretioso, tanquam lapidi jaspidei, sicut christallum. Et habebat murum magnum et altum, habentem portias duodecim: et in portis angelos duodecim, et nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Tu. ꝯ.

LECTIO 2.

Ab oriente portæ tres: et ab aquilone portæ tres: et ab austro portæ tres: et ab occasu portæ tres. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum agni. Et qui loquebatur meum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem, et portias ejus, et murum. Et civitas in quadro posita est, et longitudo ejus tanta est, quanta latitudo. Tu. ꝯ.

LECTIO 3.

Et mensus est civitatem de arundine aureâ per stadia duodecim millia: et longitudo, et altitudo, et latitudo ejus æqualia sunt. Et mensus est murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum, mensurâ hominis, quæ est angeli. Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide: ipsa verò civitas aurum mundum simile vitro murdo. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Tu. ꝯ.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni, Ep. in libro de Laudibus B. Virginis. Libr. 11. c. 1.

LECTIO 4.

MARIA dicitur civitas Jerusalem, nam Jerusalem interpretatur pacifica, visio pacis, timor perfectus, vel timebit perfectè: et hoc totum convenit MARIE. Fuit enim pacifica, quia genuit pacem nostram, quæ Christus est: Ipsa enim fecit utraque unum. Quia Deum univit homini, et hominem Deo in unitate personæ unius, cælum terræ, ima summis contra triplicem guerram, quam fecerat Eva. Item visio pacis: quia pacem humanam vidit in humanâ carne de qua Simeon: viderunt oculi mei salutarem tuum. Item timor perfectus, et timens perfectè, quia timore reverentiæ, qui sanctus est, et permanet in sæculum sæculi, semper timuit Deum. Tu. y.

LECTIO 5.

Dicit ergo: Vidi per intellectum civitatem sanctam MARIAM, ut dictum est. Novam, quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem, sicut res inusitata novitas appellatur. Vel ideo novam quia ab ea ablata est omnis vetustas peccati et culpæ in sanctificatione, gratiæ impletione, Spiritûs Sancti superventione, Filii Dei conceptione, sed non pœnæ. donec assumpta est in cælum. Descendentem de cælo: quia ibi erat Christus fundamentum suum: Vel descendentem de cælo per gratiæ infusionem. Vel descendentem de cælo post gloriam suæ maternitatis, et post fot gratiarum receptionem sub manu Domini tantum se humiliantem. Tu. y.

LECTIO 6.

Sequitur: à Deo paratam omnimodâ virtute et bonâ operatione, qui

fecit ei magna. Sicut sponsam ornatam viri sui Christi, scilicet, vel ipsius Patris, cujus est Sponsa, et Filii Mater. Vel ornatam viro suo, id est, secundum quod decet virum suum: ornatam passivè, quasi non à se, sed à Deo. Civitas in quadro posita est, cujus quadratura fuit fides, spes, charitas, et operatio bona, quia, ut dicit Glossa, hæc civitas robusta fide, longanimis spe, ampla charitate, efficax operatione. Et longitudo ejus, id est, fides, tanta est, quanta et latitudo, id est, charitas: quia quantum credidit, tantum amavit. Tu. y.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 5. 1.

In illo tempore: videns JESUS turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia Sancti Antonii Archiep. Florentini.

De B. Virgin. c. 24. §. 1.

Pauperes spiritu sunt, quos non necessitas, sed fides et devotio beatos fecit, ut contemplis omnibus Domino vivant. Importat ergo abdicationem rerum. Hæc autem abdicatione fuit in summo in beatâ MARIA. Nam hæc abdicatione fit duobus modis, scilicet, per rerum subjectionem, et per rerum omnimodam abjectionem. Sed magna est pauperas per rerum subjectionem; major per rerum abjectionem; maxima autem, quæ est ex utriusque composita, de qua dicit Apostolus: Nihil habentes, et omnia possidentes. Tu. y.

LECTIO 8.

Hoc autem non potuit esse, nisi in beatâ MARIA omnimodè et perfe-

DIE X. NOVEMBER.

MIRACULORUM B. MARIE V. SUSSONENS.

Simplex.

LECTIO 1.

Ex Brev. Sussonn. sub die 22. Aug. Virgo Dei Mater ab Ecclesiâ Dei Sponsa, cultu etsi non divino, quoniam Creatore longè minor; peculiariter tamen, quoniam cæteris creaturis major, omni ævo habita est. Quali apud Gallos honore colatur, cum dicata illi passim singulis regni civitatibus templa satis probant, tum præcipuè loquitur solemnè perennis obsequii sacramentum, quo se et sua christianissimi Reges ejus imperio devinxerunt. Nempe, ut ubique cultores habeant, habeat illa cultores; ne se satis regnatos rati, nisi et cum illis, et per illos simul regnaverit. Tu. y.

LECTIO 2.

Urbes verò inter cæteras, quæ hujus sanctione cultu et præsidio uberius gaudet, eminet Sussonna civitas, apud quam sub nomine, et in honorem Virginis Deiparæ exurgit templi moles ipsi propè coeva, regum ab ipso imperii exordio curis et impensis extracta, volis deinde ac muneribus amplificata, temporum vetustate, minus quam pietate fidelium commendabilis, nulloque hæreticorum, ubi cætera furori suo devovere, violata vestigio. Templum illud Virgini sacrum tot à Deo illustratum miraculis testantur annales civitatis, ut illorum vivax memoria cives inter peculiari festo quotannis renovetur. Tu. y.

LECTIO 3.

Commemoratio B. Virginis in Monte Celio.

Gumpeng. Imag. 141.

Romæ in monte Celio quadam

ctè, et propriè. Omnes alii si res subjecerunt, et si retinuerunt, non abjecerunt, quia tantum procuratores, et fructuarii, et non domini fuerunt. Beata autem Mater Dei Virgo existens, et Regina cæli, jus et dominium et usufructus possessionem habebat in rebus Filii sui. Undè et benè potuit relinquere, et omnia possidere; relinquere quantum ad usum et fructum; possidere quantum ad proprietatem et jus domini: et sic beatissima Virgo potuit habere perfectissimam paupertatem. Tu. y.

LECTIO 9.

Commem. B. Virginis Berchanæ.

Gumpeng. Imag. 170.

In templo parochiali Berchæ propè Mechiniam ab antiquo colitur Deiparæ Statua miraculosa, ita quod etiã inter infantes usus sit, ut afflicti dicant: quære solatium in Bercho, id est, apud hanc Deiparæ statuam. Et quamquam hic curari fama est exemplis testata, fidenterque faciunt pendentes è muro fasciæ magno numero. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Decreto Sacrorum Rituum Congregationis.

11. Mart. 1820. Mazarini. Man. Eccl. 362.

421. Occurrente commemoratione octavæ omnium Sanctorum, et Beatæ MARIE Virginis, si festum Beatæ Virginis sit ritûs Duplicis primæ classis, præcedit, si verò sit duplex secundæ Classis, tunc præcedit octava Omnium Sanctorum, utpotè primæ Classis. Tu.

Cum 2. Vesper. ut in die.

Beate Virginis Imago colitur, et jam à tempore Sancti Gregorii imaginis celebritate sua multas alias præcedit. Creditur enim Sanctum Gregorium transeuntem allocuta, non sine amica increpatione, quòd eam sine consuetà salutatione præteriret. Credibile est, jam ante Sancti Gregorii tempora in honore fuisse: anno jubilei millesimo sexcentesimo vigesimo quinto Cardinalis Salviati Sacellum hoc suo aere struxit Tu. Te Matrem.

Vesper. de sequent. ut in Comm. Dedicatio.

DIE XI. NOV.

DEDICATIONIS

S. M. IN TRANSPORTINA.

*Semiduplex.**Lect. 1. Noct. de Fer. occurrenti.*

IN II NOCT.

LECTIO 4.

Spinelli de fest. et templ. Deip. Sancta MARIE in Transportina sacri ordinis Carmelitarum extruendi templi, cujus dedicationis anniversarium hodiernà die celebratur, occasio hæc fuit: Cum propè molem Adriani, quæ nunc arx dicitur Sancti Angeli, templum hoc Deipara, transportem, undè nomen traxerat, situm, atque ad munendam arcem postea dirutum esset, voluntate Summi Pontificis, anno millesimo quingentesimo sexto, hoc in loco alid templum est excitatum. Tu. ð.

LECTIO 3.

In hoc verò novum templum ex antiquo illo Sanctorum reliquæ, et præsertim devotissima Deiparæ Imago, unà cum ejusdem templi nomine sunt translata: Imago verò in summo altari est collocata, ubi non exigua populù affluentia, nec

exiguo devotionis affectu colitur Titulum cardinalis à Sixto quinto hoc marianum templum accepit. Tu. ð.

LECTIO 6.

Ex Canone S. Theodori Studite. *Con. 3. 7. et 8. In Bibl. maxim. PP. tom. 2. infine.*

Sancta Dei Genitrix, Mater et Virgo hymnis celebranda et glorificanda, libera nos ab omnibus cæliis, qui tuum immaculatam partum veneramus: nullum enim aliud habemus præsidium præter te, ô Dei sponsa. O Domina Dei Genitrix, tu sola existis Christianorum pons securus, et fidelium gloria atque refugium, à periculis cunctis omnes adjuvans atque liberans. Instar lucernarum auro exornati te veneramus, Sancta Dei Genitrix, quæ lumen intellectualem mundo peperisti, et tenebrosam nebulam dissipasti. Tu. ð.

In III. Noct. Hom. ut in Semiduplex. Comm. Dedicat.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Divinæ Providentiæ.

Ex monumentis.

Romæ in Barnabitarum Ecclesiâ Sanctorum Blasii et Caroli maxime diva Virgo colitur sub titulo Matris Divinæ Providentiæ jam ab anno millesimo septingentesimo tertio quarto, quo collocata fuit in quo nunc veneratur sacello, ubi summi Pontificis Gregorii Decimiseptimi auctoritate stabilita fuit Beate Virginis auxiliatricis Archiconfraternitas, quæ prius in Bavariâ acceperat, et postea per universum mundum cum ingenti fidelium solatio propagata conspicitur. Tu. Te Matrem

CANON.

Ex Pio Papâ Quarto.

Bul. Romanum decet. 119. §. 3. ann. 1563. Tom. Bul. IV. part. 2. pag. 244.

422. Conventum Beate MARIE

Transpontinæ nuncupatæ, ordinis ejusdem Sanctæ MARIE de Monte Carmelo, qui in civitate Leoninâ olim constructum reperitur, et quem pro fortificatione..... solo æquari expedit cum suis..... ad civitalem Piam auctoritate et tenore præsentium transferimus. Tu. *Vesperæ de sequent. ut in Con. Inf.*

DIE XII. NOVEMB.

PATROCINII B. M. V.

*Duplex majus.**Oratio.*

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui sub Patrocinium Sanctissimæ Genitricis tuæ fidelialiter confugimus, ab omnibus meitis et corporis, ipsâ intercedente, eruemur adversis. Per eundem Dom.

AD MATUTIN.

HYMNUS 123. *Masor. Fulgin.*

Divæ, te totus veneratur orbis, Te colunt omnes populi Patronam Grata reddentes Domino sacrarum Mania laudum.

Namque miraculis variis coruscas Ætheris celsâ residens in arce Et piæ voces humiles precantum Suscipis aure.

Te senes curvi, juvenes virentes, Divites pingues, humiles egeni, Subditi servi, Domini potentes, Diva, precantur.

Te rogant gentes lacrymis profusis, Dum Pater sævum excidium minatur, Ampla delubris manibus ferentes Munera plenis.

Sit decus summo sine fine Christo, Sancta quem Virgo genuit MARIA, Qui Patri compar, Spiritui Sancto Regnat in ævum. Amen.

Lectio. 1. Noct. de Comm. Inf.

IN II. NOCT.

Sermo S. Germani Arch. Constantinop. *Apud Surium die 31. Aug.*

LECTIO 4.

Quis, ô Deipara, post tuum Filium ita generis humini curam gerit, sicut tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? Quis tam citò præveniens nos ab irruentibus liberalitationibus? Quis in supplicationibus adeò pugnat pro peccatoribus? Quis ea, quæ corrigi non possunt, adeò repugnando excusat? Tu enim cum habeas maternam apud tuum Filium fiduciam et potentiam, nos qui sumus condemnati, et non auctum intueri ad cæli altitudinem, tuis interpellationibus, et intercessionibus, ei efficis familiares, et das salutem, et ab æterno liberas supplicio. Tu. ð.

LECTIO 3.

Quamobrem is, qui affligitur, ad te confugit: qui injuriâ afficitur, ad te accurrit: qui est rebus asperis, et adversis implicatus, tuum invocat auxilium. Omnia tua sunt admirabilia, ô Deipara. Omnia supra naturam. Omnia ingenia, et aliorum vires superantia. Propterea et Patrocinium tuum majus est, quam ut intelligentiâ comprehendi possit. Homines enim ipsos olim rejectos, expulsos, expugnatosque tuo partu reconciliasti; domesticos effectis, filios et hæredes. Tu. ð.

LECTIO 6.

Tu quotidie peccatorum pelago fluctantibus hominibus adjuvicem manum extendens, eripis à fluctuatione. Tu nequissimi hostis contra servos tuos invasiones solâ

tui Nominis invocatione sanctissimā repellens, tutos et incolumes servas. Tu implorantes te homines ab omni necessitate ex omnigenis tentationibus opportunē liberās. Quā obrem ad templum tuum statim accurrimus, in quo cum stamus, in celo ipso stare nos credimus. In quo te celebrantes, in Angelorum choro versantes nos existimamus. Et quodnam genus hominum talis gloriæ divitiarum aspectum est? Tale opem, tale Patrocinium possidet, quale Christianorum natio in te habet? Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant iuxta crucem JESU Mater ejus, et Soror Matris ejus, Maria Cleophae, et Maria Magdalena. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

In deprecat. et laude ad glor. V. M.

Mentem et oculos pariter cum manibus ad te, Regina Mundi, attollimus, et coram tua celsitudinis gloria genuflectimus, cervicem inclinamus, et plenis suspiriis ad te preces in cœlum transmittimus. Tu altitudo cœli, beatos oculos tuos, quibus incomprehensibilem gloriam illam lucis æternæ cum desiderio semper intueris, ad tuos supplices in hanc mundi miseriam projectos, de alto inclinare non despicias. Et ecce coram tremendo iudice peccatores assistimus, cujus manus terribilis gladium iræ suæ vibrat super nos. Et quis avertet eam? Nemo, Domina, tam idoneus ut gladio Domini manum pro nobis objiciat, ut tu Dei amantissima, per quam primum in terris suscepimus misericordiam de manu Domini. Tu. ꝑ.

Bened. Ad cujus Patrocinium confugimus, ipsa.

LECTIO 8.

Aperi itaque, tu Mater misericordie benignissimi cordis tui januam suspiriosis precibus filiorum Adam. Ex omnibus finibus terræ ad tuæ protectionis umbraculum confugimus à facie formidinis fortitudinis Dei. Ad te, Domina mea, stillant oculi nostri: te devotionis clamore valido obsecramus, ut Filii tui Domini nostri iram, quam graviter peccando succendimus, erga nos mitiges: ejusque gratiam à quâ ingratè excidimus, nobis tua conciliet: cujus livore sanati sumus, ejus iterum medellam deposcimus, quia putruerunt, et corruptæ sunt ciatrices nostræ, et non est in nobis sanitas. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Attende, Domina, et vide dolores vulnerum animarum nostrarum, qui tibi revelavimus causam nostram cum fiducia. Te enim inestimabilis benignitatis feminæ et venerandam Matrem esse cognoscimus ex eo, quod tu mundum tunc immundum et lubricum, impolluto calle transisti, et adhuc inter peccatores degens, tantâ ante Deum sanctitate fecundaris, ut sola solio regis immediate approximare merueris. Tu peccatorem quantumlibet fetidum non horres, non despicis, si ad te suspiraverit, tumque interventum poenitentis corde flagaverit. Tu illum à desperationis baratro pia manu retrahis, spei medicam aspiras, foves, non despicis quousque horrendo iudici miserum reconcilies. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 124.

Clara ponti Stella,
Virgo, nominaris

IN II. NOCT.

Sermo Ven. Thomæ à Kempis.
Serm. 25. ad Novit.

LECTIO 4.

Ut aliquantulum vobis imbecescat excellentissima Dignitas beatissimæ Virginis MARLE, audite pauca de plurimis donis, et privilegiis ejus, quibus Deus eam benedixit et exaltavit præ omnibus Sanctis Angelis et Archangelis in cœlis, et præ cunctis hominibus in terris. Hæc est Virgo Sacratissima, et Mater Dei carissima, de qua canitur in Sanctâ Ecclesiâ per totum orbem terrarum latè diffusâ: exaltata est sancta Dei Geatrix super choros Angelorum ad cœlestia regna. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Recogitate ergo diligenter antiqua sanctorum Patriarcharum gesta, de quorum stirpe orta est Mater Dei MARIA, tanquam rosa inter spinas. Sicut enim olim per multos Sanctos viros, Patriarchas, per iudices et reges, per sacerdotes et levitas, per doctores, et scribas, signis et figuris præannuntiatus est Christus Dei Filius ex Virgine pro mundi redemptione nasciturus, et in cruce passurus; ita convenienter satis et sapienter ordinatione divinâ præfigurata, et præcognita est beatissima et gloriosissima VIRGO MARIA per sacras illius temporis Virgines, per illustres feminas, et per cæteras honestas matronas, in castitate viventes, atque ob pudicitia custodiam cum puellis suis in domibus, et cameris ab aspectibus vivorum inclusas. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Hæc est reverè attestatio sacram Scripturarum, omnium virginum Virgo prudentissima, omnium puellarum speciosissima, omnium matronarum honestissima, omnium

Naviganti portum

Luce tu monstrans.

Præpósitos humane

Tu PATRONA gentis,

Judicemque justum

Voce gratâ placas.

Justa jam vitrantem

Tela siste dextram,

Sontibusque culpas

Posece condonari.

Sit laus summa Patri,

Summo Christo decus,

Spiritu Sancto,

Tribus honor unus. Amen.

CANON.

Ex Alexandro Papâ Septimo.

Const. 122. Præclara. an. 1656.

Tom. VI. p. 4. pag. 131.

423. Dilectis Filiis, Clero etiã Regulari Regnorum Hispaniæ, ut aliquâ die Dominicâ Mensis Novembris per ordinarium loci designandâ annis singulis Festum Patrocinii Beate MARLE Virginis cum officio Duplici..... nec non cum Missâ..... celebrare licitè possint et valeant, auctoritate apostolicâ tenore præsentium concedimus et indulgemus. Tu.

Cum 2. Vesper.

DIE XIII. NOVEMBR.

EXCELLENTISS. DIGNITATIS

B. MARLE V.

Duplex.

Oratio.

Majestatem tuam, Omnipotens Deus, supplices deprecamur, ut qui exultantibus animis, beatissima semperque Virginis MARLE excellentissimam dignitatem celebrare gaudemus, ejus gloriosis precibus et meritis, ab instantibus malis, et à morte perpetuâ liberemur. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de ferid.

domicellarum venustissima, omnium reginarum regina nobilissima, in qua omnis decor virginalis, omnis virtus moralis, omnis speculatio theologiae, omnis devotio affectualis, omnis operatio virtutis, omnis perfectio sanctitatis pariter conveniunt, inhabitant, et perfectissime elucunt: quae nec ante se similem, nec post se aequalem habet, nec habebit. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthaeum.

LECTIO 7. c. 1. 1.

Liber generationis JESU-Christi filii David, filii Abraham. Et reliq. Homilia S. Anselmi Episcopi.

Tractat. de Concept. B. V. M. Poterat Deus de massa peccatrice naturam humanam ab omni labe peccati immunem facere, unde in unam personam sui susciperet, ut homo integer esset, et divinitatis suae nihil imminueret. Praedestinata fuit, et praordinata in hoc opus mirabile, et omnibus operibus Dei praestans, et inenarrabile, MARIA, scilicet illa magis maris nobilissima stella, hoc est, totius saeculi illustratio, et omnium in tempestatibus diversorum casuum titubantium indeficiens levamen et consolatio, nec non ab aeterna mortis interitu paventium, ac sub ejus praesidium confugientium tutum juvenam atque redemptio. Tu. ꝑ.

Bened. Cujus dignitatem colimus.

LECTIO 8.

Te igitur, Domina, quam in tantum culmen praedestinavit, et ex-tulit divina potentia, quam tot praerogativis dolavit cuncta disponens Dei sapientia, quam sibi Matrem elegit ad mundo subveniendum, ipsa omnium salvandorum ineffa-

bilis misericordia: crediderim ne quaso, te morte peccati quae per invidiam diaboli occupavit orbem terrarum in tuo conceptu potuisse occupare?... Lect. 9. Tu namque ante omnem creaturam praordinata fuisti, ut omnium feminarum carissima Deum ipsum verum hominem ex tua carne procreares, ut omnibus post tuum Filium Regina caelorum effecta gloriosa regnares, ut perditio recuperationis adytum, et vitae perennis emolumentum praeparares. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Castilvensis.

Spinell. p. 700. *Camòs libr. 6. c. 13. et alii.*

Non longe ab Oliana, in Cathalania, extat templum Deiparae Castilvensis, seu Castelleprensae, in alto loco positum, ad quod singulis annis in mense martio (seu juxta alias in Septembris mense, et in adventu) diebus Sabbati ex insula fluminis tria lumina cerulei coloris olim ascendebant, et Ecclesiam per fenestras ingressa lampades accendebant. Quae res admirabilis à populis illius regionis, et viris fide dignis affirmatur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Episc.

Spect. B. V. Lect. 10.

424. Mater Domini, Mater et Virgo, Mater est dignissima. Ipsa est Mater, quae tali Filio est decentissima. Ipsa Mater est, cui talis Filius decentissimus fuit. Ipsa est, quae majorem Deum facere non posset. Majorem mundum posset facere Deus, majus caelum posset facere Deus: majorem Matrem, quam Matrem Dei non posset facere Deus. Tu.

Veiper. à Capit. de sequent.

DIE XIV. NOVEMB.

PASENICARUM B. M. V.

Dplex.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Niceta, apud Gononum ad 1123.

Joannes Comnenus, cum annum quintum in imperio ageret, ope Dei Genitricis MARIE de barbaris Scythis trans Istrum habitantibus, et ingenti agmine Thraciam invadentibus victoriam obtinuit. Cum enim Romanae Phalanges, urgentibus hostibus, et audacius se inferentibus laborarent, Imaginem Dei Genitricis cum gemitu Imperator intuens, lacrymas bellicis sudoribus calidiores fundebat, neque ad id frustrâ. Stalim caelesti robore armatus scythicam aciem profligat, quemadmodum olim Moyses extensione manuum Amalectarum turmas dissipavit. Tu.

ꝑ. Bene Beata Dei Genitrix se velut palmam in Cades exaltatam gloriatur. * Quia spiritualibus et corporalibus hostibus potentè subactis, diademate victoriae eam Deus coronavit. ꝑ. Eris corona gloriae in manu Domini, et diademata regni in manu Dei tui. Quia.

LECTIO 5.

Assumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis, et prominentibus galeis instar muri inexpugnabilis muniantur, cum Scythis congregitur. Qui cum dissolutâ curruum serie ad manus venirent, in turpem versi fugam, à Romanis alacriter persequentibus ceduntur, et innumerabiles capiuntur. Hâc de Scythis partâ victoriâ, Joannes voia Deo persolvit. Non multo post aliis per eundem Imperatorem victoris obtentis ope pariter Deiparae

in rei gestae monumentum festum instituit quod Pasenicarum dicitur, id est, omnium victoriarum, et ipsi Virgini unicae victrici religiosum paravit triumphum. Tu. ꝑ. Te decet, praeter omnes Virgo palma nobilis, * Mille te decent coronae, et militares laureae. ꝑ. Civibus, quae liberasti, cum tuis cunctum genus. Mille.

LECTIO 6.

Byzantium igitur reversus, triumphum indicit, et currum argento interpercutum compingi jubet, opus admirabile, et gemmis pretiosissimis ornatum. Cum dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes auro et purpurâ intexti vicos exornabant, nec deerant Christi et sanctorum Imagines ad vivum expressae. Quadriga à quatuor equis nive candidioribus trahabantur. Imperator verò non descendit, sed Dei Genitricis Imaginem in eo collocavit. Habenas viris potentissimis moderandas, et cognatis suis currum moderandum dedit. Ipse cruce manu gestans antecessit et Dei sapientiae templum ingressus, atque in conspectu omnis populi ob successus gratias Deo actis, in palatium abiit. Tu.

ꝑ. Mecum honor et laudes, et aetio gloria vultu: et deus et nive victoria incolor alis. * Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus. ꝑ. Mille te decet coronae et militares laureae, Me. Glor. Me.

Homil. de Comm. pro duplici. Veiper. à cap. de seg. ut in Comm. Dedicat.

DIE XV. NOVEMB.

DEDICAT. S. M. TRANSYBERIM.

Dplex.

Lectio. 1. Noct. de fer. occur. ceter. de comm. Dedicat.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Spinelli tract. de fest. Deip.
Romæ Dedicatio Sanctæ MARLE
Transtyberim. Hoc templorum
ejusdem in urbe antiquissimum,
insigni eruptionis olei prodigio Chri-
sti adventum significante nobilita-
tum, et à Sancto Calixto Papâ et
Martyre, Alexandro Imperatore,
extructum eo in loco, ubi olim
taberna meritoria erat, de quâ in
diebus Augusti fons olei largissimus
per totum diem fluxit. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Hanc Deiparæ Basilicam à sancto
Calixto dedicatam, Gregorius tertius
circa annum salutis septim-
gentesimum trigessimum quintum,
penè à fundamentis dirutam, novis
fabricis cum tectis construxit, ac
totam depinxit, multisque sancto-
rum corporibus insignivit. Inno-
centius secundus sub altari summo
recondidit corpora aliorum san-
ctorum martyrum, et additis in-
dulgentiis altare majus propè fon-
tem olei excitatum solemnî ritu
consecravit. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Sermo S. Gregorii Necessarii. Ep.
Orat. 2. in Annunt.

Quoniam Sancta MARIA in carne
dum esset, purissimam vitam, om-
niâ genere virtutum exultantem,
optimamque supra humanam natu-
ram consuetudinem gerebat: ideò
æterni Patris Verbum carnem exed
et perfectam humanam naturam
suscipere dignatum est, ut per quam
carnem peccatum in mundum in-
troivit, et per peccatum mors,
per eandem carnem peccatum in
carne condemnatur, ac peccati ten-
tator in sepultura sancti corporis
vincatur, principiumque resurre-
ctionis simul ostendatur, et vita

æterna in mundo versetur, ac Dei
cum hominibus societas contra-
ctetur. Tu. ꝯ.

*Homilia de Comm. Ded. pro
Duplici.*

LECTIO 9.

Commemoratio B. Virginis de
Clementiâ.

Spinelli tract. de Fest. Deip.

Ad lavam Templi Sanctæ MARLE
Transtyberim sacellum exlat Deiparæ
Imaginis, cui nomen est, à
Clementiâ, quæ miraculis claruit.
Nam in magnâ celi et terræ siccitate
cum populi supplicatione circ-
cumlata, pluvie copiam est elar-
gita: ad hæc, cum magna inter
eos cistyerim, et illos, qui tran-
styberim debebant, discordia in-
tercederet, precibus coram hæc
Imagine ad Deiparam fuis, est
sublata. Tu. Te Matrem.

*Vesperæ à cap. de seg. de Comm.
Infant.*

DIE XVI. NOVEMB.

TIMORIS DEI B. M. V.

Duplex.

Lectio 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo Sancti Antonini Arch.
Florentini.

De Beata Virg. c. 18. §. 7.

LECTIO 4.

Per timorem Domini omnis declinat
à malo. Cum autem assignetur
triplex timor, bonus, scilicet, ser-
villus, castus et reverentialis: ser-
villus timor, quia principaliter aspi-
cit penam, propter quam caret
à malo, et facit bonum, undè non
verè et purè amat bonum, ideò
non fuit in Beatâ MARIA, sicut nec
in Sanctis, quia est sine gratiâ Dei,
quantum scilicet ad servilitatem, sed
quantum ad timiditatem fuit in
Beatâ MARIA. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Secundus timor, scilicet castus, qui
est in electis, habet duos actus:
unus est timere separari à dilecto,
alius est revereri quem diligit.
Quantum igitur ad primum actum
Beata MARIA non habebat timo-
rem, quia cum sciret per revela-
tionem se non posse peccare, non
poterat timere à Deo separari, cum
separatio non sit à Deo, nisi per
peccatum. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Fuit ergò in Beatâ MARIA timor
reverentialis qui est reverens mix-
ta cum dilectione subjectio. Hic
est in Beatis juxta illud. Tremunt
videntes angeli versâ vice mortali-
um. Sed ista est differentia, quia
timor iste reverentialis in Beatâ
MARIA fuit meritorius, in sanctis
non est meritorius. Talem autem
timorem reverentialem habuit Bea-
ta MARIA super omnes, quia ex
charitate procedit, in quâ excessit
omnes santos. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

Lectio 1. c. 1. 30.

In illo tempore: Dixit Angelus ad
MARIAM: Ne timeas, MARIA,
invenisti enim gratiam apud Deum.
Et reliqua.

Homilia S. Petri Crysoloyi.

Serm. 142.

Ne tanto pondere celestis fabricæ
in MARIA subtilis nostri corporis
arena succumberet, et in Virgine
totius generis humani portatura
fructum, virga tenuis frangeretur,
fugatura metum vox angeli mox
præcessit, dicens: Ne timeas, MA-
RIA. Ante causam dignitatis Virgi-
nis annuntiat ex nomine: nam
MARIA hebræo sermone, latinè
Domina nuncupatur. Tu. ꝯ.

Bened. Cujus timorem Dei co-
limus.

LECTIO 8.

Vocat ergò Angelus Dominam, ut
Dominatoris Gentricem trepidatio
deserat servitutis: quam nasci, et
vocari Dominam ipsa sui germinis
fecit, et impetravit auctoritas. Ne
timeas, MARIA, invenisti enim
gratiam. Verum est, quia qui in-
venit gratiam, nescit timere. *Le-
ctio 9.* Invenisti gratiam apud
quem? Apud Deum. Beata quæ in-
ter homines audire sola meruit præ
omnibus: Invenisti gratiam. Quan-
tam? quantum superius dixerat,
plenam. Et verè plenam, quæ largâ
imbre totam funderet, et infunde-
ret creaturam. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. Virginis de
Torrentibus.

Canon Libr. 1. c. 14.

Duobus, plus minùsve, à Vimbo-
diensi oppido milliariibus, in ar-
chidiececi Tarraconensi, exurgit
templum Beate Virginis de Tor-
rentibus, à quodam Monasterio de
Populeto Abbate anno millesimo
quadringentesimo octogesimo quar-
to structum propè torrentem, ubi
ipsa Deiparæ Imago inventa fuit, à
quo etiâ nomen accepit. Cardina-
lis de Visco, à Paulo tertio, in Hi-
spaniam legatus, plurimis illud di-
tavit indulgentiis, undè in dies non
exigè in Virginem crevit religio.
Sed novissimis his annis à publico
beneficio acceptæ pluvie Deipara
de Torrentibus circumstantibus po-
pulis insignior effecta est. Tu. Te
Matrem.

CANON.

Ex D. Antonino Arch. Florentino.
Tit. 15. c. 18. §. 7.

425. Timorem reverentialem
habuit Beata MARIA super omnes,
quia ex charitate procedit, in quâ
excessit omnes Sanctos. Tu.

Cum 2. Vesperis.